Scaminellū. li. dimi. a ſcamnū. Et ꝑ ſubtractionē. n. inueniꝫ h ſcamellū. li. ſiliꝫ dimi. Iñ hoc ſcamellulū. li. aliud dimi.

Scānū. ni. n. g. qđ altiorībꝰ lectulis apponitur. ſꝫ ſcabellū qđ puulis lectulis apponiꝫ Idē dꝛ ſuppedaneus ⁊ hypodeon a grecꝭ. Et ē. m. de vltima ſyllaba in ſcamnū.

Scandalū. li. n. g. eſt dictū vel factū. minuſ rectū. ꝑbens alijs occaſionē ruine. Vel ſic Scandalū eſt dictū vel factū vel ſignū occaſione cuiꝰ trahiꝫ qs in ꝯſenſum peccati mortalis. ⁊ dꝛ a ſcādalon grece. qđ nos offenſionē vel offendiculū vel ruinā. vł impactionē pedis dicere poſſumus.

Scandula. le. f. g. qͦdā genꝰ annone quod ⁊ ſcandella dꝛ. Et dꝛ ſcandula q̄ſi ſcindula eo ꝙ ſcindaꝫ ⁊ diuidaꝫ. Scādula etiā pōt dici idem qđ ſcindula.

Scanſilis. ꝯ. t. ⁊ h le. pe. coꝛ. dꝛ a ſcādo. dis Et h ſcanſile. lis. ferrū ꝑ qđ equū aſcendimus. Scāſilia etiā ſunt gradꝰ. vbi honorati in ſedibꝰ ſedent.

Scapha. phe. ē modica nauis. ⁊ diciꝫ a ſcaphon grece. qđ ē ſpeculū. qꝛ hmōi nauiculis vtunꝫ pirate ad ſpeculādū. ⁊ explorandum. Et deferunꝫ hmōi nauicule vel ſcaphe in nauibus ⁊ ꝑiculo iminēte deponūtur in mare ad ſubueniēdū nauibꝰ. qꝛ his nauis accīgiꝫ. ⁊ ꝓ cinctu ipſiꝰ armaꝫ. Vñ Actꝭ. xxvij. In iſulā aūt decurrētes q̄ vocaꝫ cauda potuimꝰ vix obtinere ſcapham

Scaphiū. phij. n. g. locꝰ vbi arma reponūꝫ vel genus vaſis ad turpes vſus aptū. ſcꝫ ad requiſita nature ſcꝫ vas ad mingendū ⁊ egerendū. ⁊ dꝛ a ſcando. dis.

Scaphus. phi. m. g. certus numerus.

Scapula. le. dꝛ ſpatula vel humerus ⁊ dꝛ a ſcaphus. Iñ ſcapuloſus. ſa. ſum. i. ſcapulꝭ dilataꝰ. Et h ⁊ hec ſcapularis. ⁊ h re. ad ſcapulā ꝑtinēs. Et h ſcapulare. ris. q̄dam veſtis ſcapulas tm̄ tegens. Et cōponiꝫ interſcapulū. li. Et coꝛ. pe. Vñ ꝓpha. Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi.

Scapus. pi. m. g. i. ſūmitas. vel cacumē vel humerus. Vñ Augꝰ. de ciui. dei. Sup ꝑꝛi api ſcapū noua nupta ſedere videbaꝫ.

Scaria arboꝛ ē ſpinoſa. ⁊ facꝫ fructū rubeū.

Scarioth. q̄dā vicus eſt. Iñ h ⁊ hec ſcariothis. ⁊ h the. Hinc Iudas dictꝰ eſt ſcariothis Iohānis. xiij. Vt traderet eū. Iudaſ Simeonis ſcariothis. i. Iudas Simeōis filiꝰ. ſ. ſcariothis ſic a loco illo noiaꝰ. Pōt etiā declinari h ſcariothes. huiꝰ ſcariothe ſicut teſbites huiꝰ teſbite. ⁊ coꝛ. pe.

Scarus. ri. genꝰ piſcis qđ ſolū inter piſces ruminare ꝑhibeꝫ.

Scatebꝛa. bꝛe. aque eruptio vel ebullitio q̄ fit cū aq̄ fluit ꝑ aliq̄s rimas. vł inꝫ ſaxa. vł cū erūpit in loco humido. ⁊ in balneo. Iñ ſcatebꝛoſus. ſa. ſū. i. ſcatebꝛis plenꝰ. Inđ ſcatebꝛoſitas. tatis. Et coꝛ. te. naturaliter Vñ Virgi. Scatebꝛiſq3 arētia tꝑat arua.

Scaturigo. ginis. ē aquaꝝ ebulitio vel eruptio. Vñ Augꝰ. de ciuitate dei. In occidētis plagis ſcaturigines ⁊ ꝓluuiones dicit ſtrages dediſſe. Et Martialis capel. Si vo ꝯcepta ex ipſiꝰ ſcaturiginis vena. Pꝛofluxerint. ꝓperus ſcrutatoꝛ īquirit. Et ponitur in loco h tranſlatiue ꝓ ſciētia. Nam aq̄ tres habet ꝓꝑꝛietates. Abluit ſoꝛdes. ⁊ ſequiꝫ ꝺcliuia. ⁊ reficit ſitiētes. Sic ⁊ ſcientia purgat ignoꝛantiam. de mgr̄o trāſit ad diſcipulū faciēs decliuia. qꝛ oīs imitatio citra ꝑfectionē eſt. nec par erit imitatoꝛ autoꝛi. reficit hauſtu ſui ardoꝛe cognoſcendi vera flagrantes.

Scauillū. li. ꝑda dꝛ.

Scaurꝰ. ri. dꝛ q̄ aliquātulū bulbutit vł qui habet talos extentos. vel excedētes. Vel ſcaurus grece. latine dꝛ calix. Iñ ſcaurus ra. rū. i. aſper. ra. rū.

Scazon dꝛ claudū vel claudico. ſiue ineq̄litas. ⁊ ē grecū. ⁊ ē vitiū metri. Tūc metruꝫ dꝛ hr̄e ſcazon. i. tūc dꝛ claudicare qñ ſyllaba coꝛrepta ꝓduciꝫ. ⁊ ꝓducta coꝛripiꝫ.

Sceda. de. grecū ē. i. charta ſcripta. vel ſcriptum qđ adhuc nō ē emendatū nec ī librū redactū. Pꝛopꝛie q̄dē ſceda ē abbꝛeuiata ſcriptura de aliq̄ cōtracta anq̄3 charta fiat Eadē dꝛ ꝓtocollū. Iñ ſcedula. le. dimi. id ē. ꝑua ſceda. Et ſcedariꝰ. ria. riū. Et a ſcedula ſcedulariꝰ. ria. riū. i. ad ſcedā vel ad ſcedulā ꝑtinēs. ẜm Hugꝭ. Pap̄. vo dicit. Scedula. pagina. epla.

Scelꝰ. leris. n. g. i. facinꝰ. flagitiū. Iñ ſceleſtus. ſta. ſtū. i. facinoꝛoſus. ꝓteruus. Dicitur etiā h ⁊ hec celeſtis. ⁊ h ſte. in eodē ſenſu. Inueniꝫ celeſtis a celo ſine s. Vnde q̄dam. Regi celeſti nunq̄3 placuere ſceleſti. Vt ſis celeſtis nō aſſimulare ſceleſtis. Itē a ſcelus dicitur ſceleroſus. ſa. ſum. id ē. plenus ſcelere. Inde ſceleroſitas. tatis. Iteꝫ a ſcelus dꝛ ſcelero. ras. ⁊ inde ſceleroꝛ. rarꝭ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jnde ſceleratus.ta.tū.in quo ē ſcelus.Sʒ
ſceleſtus.ſta.ſtū.ꝑ quē fit.Sceleroſus ꝟo
ꝗ facit. Et ē ſceleroſus pluſq̄ȝ ſceleratus.
Schema.matis.n.g.i.imago vel figura vł
modus loquēdi.ſ.ſoleciſm⁹ figura. Et fit
ſchema ꝓprie ſolū ornat⁹ cā Metaplaſm⁹
ꝟo cā neceſſitatis fit. vel ornatus in metro
Tropus cauſa vtriuſq̄ȝ.taȝ in metro q̄ȝ in
ꝓſa.ſm̄ Hug.
Schematiſmenos.i.defect⁹ modi loquēdi.
ꝛ dr̄ a ſchema qđ ē mod⁹ loquēdi.ꝛ mene.
qđ ē defect⁹.Jtē ſchema dr̄ ornat⁹ vel figu
ra.Vn̄ in donato dr̄.
Schemata lexeos kę dianças.i.figurę di-
ctionis.ꝛ ſnię.Sicut em̄ hō varijs veſtib⁹
decorat̄.ita oratio latinitatis taȝ ſoluta q̄ȝ
ligata ſchematib⁹ adornat̄. Et ſic dr̄ ſche-
matiſmenos.i.defect⁹ ornat⁹ ꝛ figurę.qui
fit ex carentia debitę intelligētię. vel dicit̄
ſententia figuratiua ꝛ defectiua.Sigtio ğ
dictionis ē q̄ſi ornat⁹ ꝛ figura ipſi⁹. vn̄ qn̄
deficit a ꝓpria ſignificatiōe.eſt ibi defect⁹
ornatus ꝛ figurę.i.forme dictionis que eſt
ſigtio. Et cor.me.ꝛ acuit̄ in fine. Vn̄ Hie-
ronymus i ꝓlogo Job. Et greci rhetores
vocant ſchematiſmenos.
Schena.ne.f.g.i.vmbra.ꝛ dr̄ a ſcęnos qđ ē
vmbra.Et ſcęna.i.vmbraculū loc⁹ obum-
bratus in theatro ꝛ cortinis coopert⁹ ſilis
tabernis mercēnariorū que ſunt aſſeribus
ꝛ cortinis coopte. Et ſm̄ hoc ſcęna poteſt
dici a ſcęnos qđ eſt domus. quia in modū
domus erat ꝯſtructa. Jn illo vmbraculo
latebant ꝑſonę laruatę quę ad vocē recita
toris exibāt ad geſtus faciendos. Et hinc
ſcęna dr̄ qn̄q̄ȝ totū theatrū. qn̄q̄ȝ recitatio
ſcripturę.qn̄q̄ȝ ipa ſcriptura.qn̄q̄ȝ allocu-
tio diuerſarū ꝑſonarū vel diſtinctio ſcꝑtu
rę q̄ ibi recitabat̄.vt in Terētio.Jn̄ ſceui-
cus.ca.cū.pe.cor.i.vmbratilis. vel thea-
dralis vel ꝗ faciebat ludos ꝛ geſt⁹ in thea-
tro.vel ꝗ recitabat ibi ſcripturas.
Scęnobates.tis.i.funābul⁹ ꝗ gradit̄ ſuper
funē.Et cor.ba.Vn̄ Juuenal. Augur ſcę
nobates medic⁹ mag⁹ oīa nouit.
Scęnobiū.bij.vide.s.in cęnobiū.
Scęnofactoria ars de qua fit mentio Act.
xviij.dr̄ ars faciēdi tabernacula vł vmbra
cula vł funes.Scęnos em̄ grece.dicit̄ vm
bra vel funis.A ſcęnos.qđ ē vmbra. dici-
tur grece domus ſcęnos ab vmbratione.
Hinc ꝛ ſilit̄ grece dr̄ tabernaculuȝ ſcenos.
Tabernaculū em̄ ad ſilitudineȝ domicilij
factū ē.Scęnos ğ ſiue ꝑ vmbra ſiue ꝑ ta-
bernaculo.ſiue ꝑ fune pōt cōponi cum fa-
cio.vt dicat̄ ſcęnofacio.cis.i.vmbraculuȝ
vel tabernaculū vel funes facere.Jn̄ h ſcę
nofactor dr̄ artifex faciēs tabernacula vm
bras.vel funes.Et ſcęnofactori⁹.ria.riuȝ.
ad ſcęnofactionē.ł ad ſcęnofaciēdū ꝑtinēſ
Scęnophegia.gię.f.g.qđdā feſtū iudeorū.
ſcȝ fictio vel dedicatio tabernaculi.ꝛ dicit̄
a ſcęnos.qđ eſt vmbra.ꝛ phagin qđ eſt co
medere.quia tunc in vmbraculis ſalicū co
medebant.Vel eſt compoſitū a ſcęnos.qđ
eſt tabernaculū ſic factum ad ſimilitudīeȝ
domicilij.quod grece ſcęnon dr̄ ab obum-
bratione.Jn̄ hęc ſcęnophegia.gię.feſtum
ꝑdictū.ſ.dedicatio tabernaculi.in q̄ vt di-
ctum ē comedebāt ſub vmbris ſalicum.Et
celebrat̄ a iudęis in memoriā expeditiōis.
qn̄ ab ęgypto ꝓmoti in tabernaculis dege
bant.Vn̄ Joh.vij.Dies feſt⁹ iudęorū ſcę
nophegia.Qđ ſcȝ feſtuȝ iudęi ſingulis an
nis faciebant in memoriā beneficiorū.quę
eis dn̄s contulerat in deſerto.qn̄ in taber-
naculis habitabāt.De hoc feſto habetur
Leuit.xxiij.A quītodecimo die mēſis ſe-
ptimi erunt ferię tabernaculorum ſeptem
diebus dn̄o.Et vt vult Hug.in hoc noīe
ſcęnophegia licet corripere ꝛ ꝓducere pe-
nult̄.ꝑ voluntate legentis.Eſt vero nomē
nothū.qr̄ ğ a gręco deſcēdit pōt penl̄.ꝓđ.
Apud grecos em̄ in multis.vocalis an̄ vo
calem ꝓducit̄.ſed qr̄ ad formam latinita-
tis reductū ē.ꝑt etiā corripi i legēdo Apđ
latinos em̄ vocalis ante vocalē n̄ ꝓducit̄
niſi in paucł Jn ſcanſiōe tn̄ ſine dubio illa
penl̄.breuis ē.
Scęnos.i.funis.Et ſcęnos vel ſcęnon grę-
ce dr̄ vmbra latine.
Scęnotaphiū.phij.n.g.i.vacuū ſepulcrū.i.
imaginaria ſepultura ꝗ fit cū corp⁹ deeſt.ꝛ
dr̄ a ſcęnos ꝛ taphos qđ ē ſepulcrū.
Sceptriger.ra.rū pe.cor.ꝗ gerit ſceptrum
ꝛ dr̄ a ſceptrū.ꝛ gero.
Sceptrū.tri.n.g.virga ꝑtātis.ꝛ dr̄ a cepi ꝑ
terito de capio.ſm̄ Hug.Pap.ꝟo dicit.
ſceptrū vel ſceptron dr̄ regimē vel v̄ga re-
galis.ꝛ eſt gręcū.
Sceſioſonomaton ſm̄ Bedā eſt multitudo
noīm ꝯiunctorū.diuerſo ſono vnam reȝ ſi
gnificantiū. vt in Eſaia. Vę genti pecca-
trici ꝑplo graui iniquitate.ſemini nequā.
filijs ſceleratis.Et in pſalmo. Peccauim⁹
cum patribus nr̄is.iniuſte egim⁹.iniq̄ta-
tem fecimus.vel ſm̄ alios ſic dicā. Nebu-
la.nix.grādo.ꝓcella.flumina venti.

Sceuus.ua.uū.i.ſiniſter mal᷒.ꝑuerſus ini
micus.
Scibilis.lis.ↄ.t.⁊ h le.ad ſciendū habilis.
Sciens.entis.ē perit᷒ ſcientia ⁊ reb᷒.
Sciol᷒ ṽo ſimulator ſcię ac peritię q̄a ꝓpe
tit videri ⁊ ſcire. q̄cq̄d alius ſciat.aut q̄ ſe
ſcire ꝓfitet̄ oīa.aut etiā futura ꝑdicere.
Sciētia.tię ſm̄ Ariſtotelē.ē habit᷒ ↄcluſio
nis ꝑ demonſtrationē acquiſit᷒.
Scientific᷒.ca.cū.i.ſapiēs.ſciens.
Scylla.lę.nomē ē herbę. ⁊ ſcylla grece lati-
ne d̄r herba.ſiue ꝑda.Et ſcylla ꝓprium no
men puelle.Et fuerūt duę ſcyllę ſm̄ fabu-
las ſcz filia Niſi.q̄ fuit mutata in alaudam
⁊ filia phorſy.que fuit mutata in monſtrū
marinū.Vn̄ ſcylla ſepe d̄r illud monſtruz
vel loc᷒ ꝑiculoſus maris in quo ē illō mon
ſtrū.Jn̄ ſcylle᷒.lea.leū.ſm̄ Hugꝰ.Iſidor᷒
ṽo dicit in.xiij.etymo.Scyllā a colle ſaxū
eminēs appellant ſilꝰ celatę formę ꝓcul vi
dentib᷒.Vn̄ ⁊ monſtruoſaz faciē fabulę il
li dederūt q̄ſi formā hoīs ſuccinctā capiti-
bus caninis ⁊ colliſi illic fluct᷒ latrat᷒ vidē
tur exꝑmere.carybdis dicta.qꝛ gurgitib᷒
occultis naues abſorbeat.Pap̄.ṽo dicit.
Scyllę ſaxa latentia in mari.
Scindula.lę.lat᷒ aſſer.quo dom᷒ operiunt̄
Scyniphes q̄dā ſcribūt ꝑ s.in ꝑ̄ma ſyllaba
vide.s̄.in cyniphes.
Scinodenta.d̄r ab odenta qd̄ eſt deus. Et
vocam᷒ ſcinodētas q̄b᷒ voces cuz gemitu
ꝓcedunt ⁊ duplices habēt dentes.
Scintilla.lę.f.g.d̄r a ſcindo.dis.eo ꝙ proſi
lit ab igne.Et eſt ſcintilla dū ardet.Fauil-
la dum extincta ē.Jn̄ hęc ſcintillula.lę. di
mi.Et ſcintilloſus.ſa.ſū.
Sciolus.la.lū.i.aliquātulū ſciens.
Sciopodas ſicut dicit Auguſtin᷒ i.xvj. de
ciui.dei.ferunt eſſe gentē vbi ſingula cru-
ra in pedib᷒ hn̄t.nec poplicē flectunt. ⁊ ſūt
mirabilis celeritatis.quos ſciopodas vo
cant.eo ꝙ ꝑ eſtū in t̄ra iacētes reſupini pe-
dum vmbra ſe ꝓtegant. Iſidor᷒ etiā in.xj
etymo.dicit.Sciopoduz gens fert̄ eſſe in
ęthiopia.a ſingulis crurib᷒ ⁊ celeritate mi
rabili quos inde ſciopodas gręci vocant
ꝙ ꝑ eſtum in terra reſupini iacentes pedū
ſuorū magnitudine adumbrant̄.
Scyphus.phi.calix maior.poculū quo bi-
bimus ſm̄ Hugꝰ. Vel ſm̄ Pap̄. Scyph᷒
calix regius q̄ ⁊ patera vocat̄ vel phiala.
Et eſt s.ꝑ̄ma lr̄a.ſm̄ Hugꝰ.⁊ in Pap̄.nec
debet s.in ꝓnunciatiōe omnino taceri nec
oīo ꝓferri.ſꝫ q̄ſi medio modo.qꝛ s.ibi q̄n-
tum ad ſonū liqueſcit aliq̄liter. Alij autez
ſcribunt ſine s.cyphus.
Scipio.onis.virga conſulū.vel baculuſ ad
capiendū aptus. ⁊ d̄r a cępi ꝑterito.Vn̄ ⁊
quidā romanus dictus eſt Scipio. qꝛ ba-
culus ⁊ ſuſtentamentū reipublicę fuit.vel
parentū ſuorum.Et fuerūt duo ſcipiones
auus ⁊ nepos.
Sciroma.ſaxa dicunt̄.Jn̄ hęc ſciroſis duri
tia in ſenſibus ſine dolore.
Scirpus.pi.gen᷒ iūci ē. ⁊ ē plan᷒ ſine nodo.
Jn̄ ſcirpe᷒.pea.peū.i.de ſcirpo exn̄s.Vn̄
Exo.ij.Fiſcellā ſcirpeā.
Sciſma.matꝭ.n.g.d̄r diſcordia diuiſio.Vn̄
Iſidor᷒ etymo.viij.Sciſma d̄r q̄ſi a ſciſſu
ra aīor.Eodē em̄ cultu ⁊ eodē ṽo ritu cre
dit ſciſmaticus vt cęteri ſolo ↄgregatiōis
delectatur diſcidio.Jnde ſciſmaticus.ca.
cum.i.diuiſus. Et diffinitur ſic ſm̄ Goff.
Sciſma eſt illicita diſſenſio diuiſio vel diſ-
ceſſio eorum inter quos vnitas eſſe debe-
ret.Vel ſic.Eſt illicit᷒ ab vnitate eccl̄ię.vl̄
ab vniuerſitate diſſenſus.Differt aūt ſciſ-
ma ab hęreſi.quia hęreſis i ꝑ̇ncipio ſui ha
bet ꝑuerſum dogma.ſed ſciſma in fine fin-
git aliquā hęreſim vt recte ab eccl̄ia videa
tur receſſiſſe. vt dic̄ Hieronym᷒. xxiiij.q.
iij..hęreſis ⁊ ſciſma differūt ſicut genus et
ſpecies quia omnis hęreticus eſt ſciſmati-
cus.⁊ nō ecōuerſo niſi durauerit.
Sciſſura rę.i.diuiſio ſepatō ⁊ d̄r a ſcido.diſ
Scitalis.lis.q̄dā ſerpēs q̄ ſol᷒ cū oēs ſerpē
tes pellē ſuā deponūt in ęſtate ipſe deponit
ſuā in hyeme.Vn̄ ⁊ ſic dicta ē. quia ſcien-
tior eſt alijs deponēdo pellē.cū eam depo-
nit in hyeme ſine lęſione.Vel d̄r ſcitalis.a
ſcile.vel a ſcele.qd̄ ē lux.Jn̄ ſcitalis q̄ſi lu-
cens.qꝛ lucens ⁊ noua efficit̄ depoſita pel
le.vl̄ quia tanta ꝑfulget varietate tergi ſui
vt notarū grā aſpicientes retardat. Et qꝛ
reptando pigra eſt.quos aſſeq̄ non valet.
miraculo ſui ſtupētes capit.Vn̄ Lucan᷒ i
ix.Et ſcitalis ſparſis etiā nūc ſola pruinis
Et cor.pe.
Scythę.dicti ſunt a quodā milite perſico.q̄
ſcythas ab eis diuiſit.ſcytha cognomiato
Jn̄ hęc ſchytia.tię.eorū regio.Jn̄ h et hęc
ſcytha.thę.gentile.Et ſcytic᷒.ca.cū.
Scythipolis.oppidū ē qdā ſcythię.
Scitus. tus.tui.i.ſciētia vel cognitio. ⁊ d̄r
a ſcio.ſcis.Et h ſcitū.ti.i.decretū . ſtatutū
vl̄ indictū.Et cōponit̄ h plebiſcitū.Et ſci
tus.ta.tū.i.ſapiēs.Jn̄ ſcite aduer.i.ſapiē-
ter.Et ꝑ cōpoſitiōz.ꝑſcit᷒.ta.tū.ꝑſcē ſcit᷒

Et inſcitus.ta.tū.i.inſipiēs. Jn̄ hec inſci-
tia.tie.i.inſipiētia. vel ignorātia.

Scius.ſcia.ſciū.i.ſapiēs.ꝛ dr̄ a ſcio ſcis. Et
ꝑ cōpoſitionē inſci⁹.inſcia.inſciū.i.neſciēſ

Scobs.bis.f.g.ferrū quo ligna planantur
vel purgamētū dom⁹. Vn̄ qdā. Vilia ſco-
ba leuat.ſcobs ſcobis aſpera tollit.

Schola grece.latine dr̄ vacatō. quia ibi ſtu
dio vacam⁹. Et in ſingulari cuꝫ dicimus.
Magnā ſcholā habeo.de loco intelligit̄.
Cum vo dr̄ in pl̄ali. Magnas ſcholas de
ſcholarib⁹ intelligit̄.q̄ſi multos ſcholares
habeo. Jn̄ ſcholaſtic⁹.ca.cū.i.ad ſcholas
vel ad ſcholares ptinens. vel aſſiduus vl̄
frequēs in ſchola. Et h̄ ꝛ hec ſcholar̄.ꝛ h̄
re.ad ſcholā vel ad ſcholas ptinēs. Et ſub
ſtātiue ſepe ponit̄ tm̄ in cōi genere ꝓ ſcho

Scholarſ ē pſona vacās ab hūanis(larib⁹.
negotijs.ſcholaſticis dedita diſciplinis.ꝛ
dr̄ a ſcholi grece.qd̄ ē vacatio latine.ꝛ ariſ
qd̄ ē virt⁹.q̄ſi v̄tutib⁹ vacans.

Scopa.pe.f.g.q̄dā arbuſtula. Et ſcopa.pe
etiā dr̄ illud cū q̄ dom⁹ purgat̄.ꝛ fit ſepe ex
ſcopa arbore. Vn̄ in euāgelio. Jnuenit eū
ſcopis mundatā ꝛ ornatā. Jn̄ hec ſcopula
le.dimi.i.pua ſcopa. Jn̄ ſcopuloſus.ſa.ſū
.i.ſcopulis plen⁹.qd̄ ꝛ ſcopoſus.ſa.ſū.dr̄.

Scopetū.ti.pe.ꝑ.loc⁹ vbi abundāt ſcope.

Scopeus.pea.peū.i.de ſcopis exn̄s.

Scopin grece.latine dr̄ itendē. vl̄ ſpecl̄ari.

Scopul⁹.li.pe.cor.i.arduū ſaxū.ardua et
ꝓrupta rupes.apta ad ſpeculandū:ꝛ dr̄ a
ſcopin. vel qr̄ inde facile poſſum⁹ ſpecula-
ri.vl̄ qr̄ a longe videt̄ talis loc⁹. Jn̄ ſcopu
loſus.ſa.ſū.i.plen⁹ ꝛ abundās ſcopulis.

Scoria.rie.f.g.purgamētū ꝛ ſordes metal-
lorum.ꝛ dr̄ ſcoria ab excoquēdo vel excu-
tiendo.qr̄ qn̄ excoquunt̄ metalla tunc ſor-
des cadunt ꝛ excutiunt̄. Vn̄ Eſa.j. Argē-
tum tuū verſū ē in ſcoriā. Jtē ſcoria.rie.eſt
ſuffocatio veſice.ita vt vrina deneget̄.vel
ventris officiū.ꝛ tumor in pectore repiat̄.

Scorio.onis.m.g.dr̄ ſtult⁹.ſtolidus.fatu⁹.
ꝛ dr̄ a ſcoria.

Scorpio.onis.m.g.vel ſcorpi⁹.pij.qd̄ ideꝫ
ē.dr̄ qd̄dā animal venenoſū.ꝛ dr̄ ſcorpio.
q̄ſi ſcorte poio.qr̄ ab āteriori pte fingit blā
dicies.ſed a poſteriori pungit̄. Capite em̄
blandit̄.ſed cauda pungit. Vel dr̄ ſcorpi⁹
ab arcu.vel ab arpe.qd̄ ē incuruat⁹ gladi⁹
eo qꝫ caudā figat. vel arcuata venena diſ-
fundat. Jtem ſcorpio dr̄ quidaꝫ piſcis vel
vermis qui ledit dū manu tollit̄. Scorpio
etiā dr̄ ſagitta venenata.arcu vel tormētis
excuſſa.que dū ad hoiem ꝑuenit. vir⁹ qd̄
habet infundit. Jtē ſcorpio ē gen⁹ duplicl̄
flagelli. vel magni fuſtes. Jtē ſcorpio ē qd̄
daꝫ ſignū in celo.in qd̄ ſm̄ poetas ſcorpio
animal fuit tranſlatū. vel quia cum ſol eſt
in ſcorpione.p̄mos ſentimus frigoris acu-
leos.ſm̄ Hugū. Vn̄ Scorpi⁹ eſt ſignū.ver
miſqꝫ.ſagitta flagellū. Magiſter aūt in hi
ſtorijs ſup illud.iij. Regū.xij. Pater meuſ
cecidit vos flagellis ꝛc̄.ſic dicit. Scorpio
eſt rubus aculeatus vel flagellū virgaruꝫ
nodoſū vel ſcutica.hn̄s in ſummitate glā-
des plumbeas.

Scorpitis.hui⁹ ſcorpitis.q̄dā gēma ſcorpi-
onē.ꝛ colore ꝛ effigie referēs.

Scorte grece.latine dr̄ dulce.

Scortes.tis.f.g.pellis arietis.

Scortū.ti.n.ge.i.meretrix.q̄ apud grecos
ſcytha vocat̄.ꝛ dr̄ a ſcortes pelle arietiſ qr̄
defricat̄ pelles q̄b⁹ corruptela fit. Vel dr̄ a
ſcorte.qd̄ ē dulce.qr̄ ſcortatorib⁹ dulce eſt
Vn̄ Job.xxxj. Scortum alterius ſit vxor
mea.

Scotomia.mie.q̄dā īfirmitas.ꝛ accepit no
men ab accidenti.eo qꝫ repētinas tenebraſ
ingerat oculis cum vertigine capitis. Jn̄
ſcotomicus.ca.cū.talē infirmitatē patiēs.

Screa.ſcree.f.g.pituita.ſterc⁹.ſpurcitia q̄
ꝑ os proijcit̄.

Scriba.be.nomē ē officij.i.cancellari⁹. Jn̄
ſcribat⁹.tus.i.ſcribe officiū vel dignitas.
Sꝫ ſcriptor dr̄ q̄ frequent̄ vel aſſidue ſcri-
bit.vel q̄ peritiā habet ſcribēdi.

Scribe tabularij.ſm̄ q̄ſdā olim creabantur
ad tp̄s triennij ad ſcribendū publica ratio
cinia ꝓuinciarū.ſeu ciuitatū. ſm̄ Accurſ.
C.e.ti.i rub.li.x. Et ꝓprie ſunt illi qui ſcri
bunt noiatos ad munera.ꝛ honores.ꝛ tri-
buta ſoluta.ꝛ ſunt tabularij.qr̄ publicl̄ in-
ſtrumētis ꝑſunt in ſingulis ciuitatib⁹. Et
hi appellant̄ libellarij.vt.ff.de re iudi.l.li-
bellari⁹. Et tabelliones.vt in Autē.de ta-
bell̄.coll̄.ij. Alias ſcribe dicunt̄.q̄ circa p̄n
cipes vl̄ alios magnos iudices ſunt depu
tati ꝓ actis ꝛ geſtis ꝯficiendis. Hi qꝫ vo-
cant̄ ſcriptores notarij.libellēſes.pragma
ticales.ep̄lares.exqueſtores.vt. C.de ap-
pel.l.ꝑcipim⁹.ꝛ.l.in offerēdis.

Scribe logographi.ſm̄ Accurſ.dicūt̄ q̄ pu
blicis rōnib⁹ ſcribēdis deputati ſunt. Naꝫ
logos grece.rōnes publicas dicim⁹ latine
ꝛ graphos ſcriptura. Hi etiā nūerarij ap-
pellant̄.vt. C.de ſuſcepto.ꝑpo.ꝛ archa.l.
duos.li.x.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scribe cenſuales ſunt ꝙ ſcribũt cenſuꝫ. C.
de tabu. in rub. lib. xij.

Scriniũ. n. g. dꝛ q̄ſi ſecretoꝛũ vel ſcriptoꝛuꝫ
publicoꝝ reconditio. ſ. locꝰ vbi ſecreta re-
ponunt̃.

Scriniarij ⁊ ſcrinioꝝ memoꝛiales ideꝫ ſunt
⁊ mgr̄i ſcrinioꝛũ. Etiā ſcriniarij appellant̃
tabelliones. vt. c. ad audientiā. de ꝓſcrip. l

Scrobs. bis. f. g. i. foſſa maxime glo.
illa quā ſcrophe faciunt.

Scropha. phe. f. g. i. poꝛca. ⁊ ē nomē ficitici-
um. ſ. de ꝓꝓꝛietate ſoni ſumptũ. Inde hec
ſcrophula le. ⁊ ſcrophella. le. ambo dimi.
Scrophule etiā dicũt̃ q̄dā apoſtemata. q̄
ſolēt naſci pueris circa collũ. Iñ ſcrophu-
loſus. ſa. ſũ. ⁊ ſcrophulatꝰ. ta. tũ. i. plenus
⁊ abundans ſcrophulis. ⁊ coꝛ. phu.

Scrophina. ne. f. g. qdā inſtrumētũ carpē
tarij. ⁊ dꝛ a ſcrobs. qꝛ herēdo ſcrobē facit.

Scrupus. pi. m. g. lapis ꝑuus ⁊ aſper ꝙ ſe-
pe ſub talo iacēs in calciamēto multum le-
dit ⁊ offendit. ⁊ dꝛ a ſcrutoꝛ. aris. qꝛ qñ la-
tet in calciamēto. ledit noſ. ⁊ cogimur ipm
ſcrutari. Cui ꝯtrariꝰ ē calculus. Et inde h
ſcrupulus li. dimi. pe. coꝛ. Et h ſcrupꝰ. vel
ſcrupulus. dꝛ qdā pondꝰ ſex ſiliquarum
pondere conſtans. Et ꝑ ſilitudinē ſcrupuſ
vl' ſcrupulus dꝛ moleſtia. ſollicitudo anxi
etas. ⁊ dubietas animi. remoꝛſus ꝯſciētie
Uñ. j. Regl. xxv. Nō erit tibi h in ſingul-
tum ⁊ in ſcrupulũ coꝛdis. Iteꝫ difficultas
ſubtilis queſtio. Sicut em̄ ſcrupus paruꝰ
eſt. ſic ſubtilis queſtio ꝑua ē ad videnduꝫ
Et ſicut ille multũ ledit ita ⁊ ſubtilis ꝗſtio
multũ ledit eum ꝙ nō eſt ꝓmptus in diſcer
nendo. Inquiſitio em̄ ⁊ queſtio rerũ ſubti
lium. multũ ſolēt ledere. Itē a ſcrupus dꝛ
ſcrupeꝰ. pea. peũ. Et ſcrupoſus. ſa. ſũ. id ē
ſcrupis plenꝰ ⁊ abundans. ⁊ aſper. anxius
durus. difficilis. nodoſus. obſcurus. Ind
hec ſcrupoſitas. tatis. Uñ ſcrupea vl' ſcru
poſa ſaxa dicunt̃ aſpera. Itē a ſcrupulꝰ dꝛ
ſcrupuloſus. ſa. ſũ. i. ſcruplis plenꝰ. ⁊ abũ
dans. vel aſper. anxiꝰ. dubiꝰ. difficilis. no
doſus. obſcurꝰ. Iñ hec ſcrupuloſitas. tatl

Scrutiniũ. nij. i. ſcru(. i. āxietas. difficl'tas.
tatio. vl' ꝗcq̄d ꝗs ſcrutat̃ iterius d aliꝗ re.
Uñ ꝓpha. Defecerũt ſcrutātes ſcrutinio.

Scrutũ. ti. n. g. dꝛ veſtimtũ paupeꝝ lacera-
ta ⁊ detrita. ⁊ dꝛ a ſcrutoꝛ. arl. Iteꝫ ſcruta
dicunt̃ exta. ſ. tripe. qꝛ in extis ſcrutabant̃
futura. vel ſoꝛdes purgant̃. Uñ Oꝛatius
epi. Uilia vēdente tunicato ſcruta popel-
lo.

Scurra. re. maſ. ge. id eſt. leccatoꝛ. vanilo-
quus. Pꝛopꝛie ſcurra dicitur. qui ſequit̃
curiam gratia cibi. Unde. ij. Regl. vj. Et
nudatus eſt quaſi ſi nudet̃ vnus de ſcurrl
Inde hic ⁊ hec ſcurrilis. ⁊ hoc le. pe. ꝓd.
⁊ ꝑ gēminũ. r. Inde ſcurriliter aduerbiũ.
Et hec ſcurrilitas. tatl. i. leccacitas. turpi-
tudo. turpis ludus. iocularitas q̄ a ſtultis
dꝛ curialitas. Uñ ad Eph. v. Scurrilitas
que ad rem nō ꝑtinet.

Scus. neu. ge. indeclinabile. i. rotundũ uel
rotunditas.

Scutella. le. dꝛ a ſcus vel ſcuta. qꝛ rotunda
eſt. Iñ ſcutellula. le. dimi. Et ſcutellarius
ria. riũ. Et hic ſcutellarius. rij. ꝙ facit vel
vendit ſcutellas. Et hoc ſcutellariũ. ri. lo-
cus vel vas vbi reponunt̃ ſcutelle.

Scutica. ce. pe. coꝛ. i. loꝛũ cũ ꝙ verberantur
pueri. ancille. ſerui. ⁊ dꝛ a ſcuta qd ē foꝛma
rotunda ꝓpt̃ rotunditatē coꝛrigiarũ.

Scutiger. ra. rũ. pe. coꝛ. i. gerēs ſcutum. Et
inuenit̃ ſubſtantiue in q̄libet genere.

Scutra. tre. vas qdā ē. ⁊ dꝛ a ſcus vl' ſcuta
Et enũerant̃ ſcutre. iij. Regl. vij. int̃ vten
ſilia tēpli altaris vaſa. ſ. equalis amplitu-
dinis in oꝛe ⁊ in ꝓfundo ad calefaciendũ.

Scutula. le. f. g. monile rotundũ ex auro vl'
argento. ⁊ dꝛ a ſcuta. qd ē foꝛma rotunda.
Uñ. j. Machab. iiij. Oꝛnauerũt faciē tē-
pli coꝛonis aureis ⁊ ſcutul'. Et coꝛ. tu. Iñ
ſcutulatus. ta. tũ. i. ſcutula oꝛnatꝰ. vel ſcu-
tulā poſſidens. vel quod habet in ſe oꝛbes
in ſilitudinē ſcutularũ. ſicut q̄dā veſtes. et
quedā aīalia. Uñ ⁊ ſcutulatꝰ dꝛ equꝰ ꝓpt̃
oꝛbes quos habet candidos int̃ purpure-
os. Iñ hec ſcutulata. te. vel h ſcutulatum.
ti. dꝛ indumentũ qdā ꝓcioſum. ⁊ ē ꝓꝓꝛie
veſtis que habet in ſe quoſdā oꝛbes vl' cir-
culos. ſicut patet in quibuſdā pannis ſeri-
cis. Uñ Ezech. xxvij. Gēmā purpuram ⁊
ſcutulata ꝓpoſuerũt in mercatu tuo. Itē
inuenit̃ h ſcutulũ. ꝑ'aliter hec ſcutula. di-
mini. i. paruũ ſcutum.

Scutũ. ti. n. g. dꝛ a ſcuta. te. q̄ ē foꝛma rotun
da. eo ꝙ antiq̄tꝰ ſcuta fiebāt rotunda. Uel
dꝛ ab executio. onis. eo ꝙ a ſe excutiat ⁊ eij
ciat ictum teloꝝ. Iñ h ſcutulũ. li. dimi. Et
ſcutatus. ta. tũ. i. ſcutũ hñs vl' ſcuto arma
tus. vel inſtructꝰ. Et ſcutariꝰ rij. ꝙ facit vel
vendit ſcuta.

## S ante E

Sebaſtus. ſti. i. auguſtꝰ menſis. Greco em̄
ſermōe ſebaſtꝰ tantũ valet quātũ auguſtꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jnde ſebaſtia.nūc dr̄ q̄dā ciuitas.q̄ olim dicebatr̄ auguſta ab Auguſto.
Sebū.bi.dr̄ a ſus.qđ modo dr̄ vulgo.ſepū pi.i.adeps.pinguedo axungia.Et dr̄ ſic a ſue.q̄ſi ſuenū.qr̄ plꝰ pinguedinis habet illud animal q̄ȝ aliud.
Secenti.tę.ta.dr̄ a ſex.ꝛ centū.ꝛ abijcitr̄.x.ꝛ dr̄ ſecenti.vel mutatr̄ in.s.ſm̄ quoſdam.ꝛ dr̄ ſeſcēti.tę.ta.Sȝ vſus fere oīm ſcribit p.x.Nec valet rō in cōtrariū cū dr̄ tres cōſonantes nō ſimul poſſe cōiungi.qđ alij dicunt fieri ſi p.x.ſcribatr̄.cū.x.vim duplicis ꝯſonantis habeat.Patet error eorū.quia nō intelligitr̄ regula illa niſi cū vna ꝛ eadē ꝯſonās duplicatr̄ imediate ad aliā ꝯſonātē
Seceſſus.ſus.ſui.locꝰ ſecretus.ꝛ dr̄ a ſecedo.dis.q̄ſi ſine acceſſu.
Secius.i.aliter.a ſecꝰ compatm̄.ſm̄ Pap̄.
Secmentū.ē faſcia qua matrona faſciat caput.Vn̄ Juuenalis i ſatyra q̄ incipit quadringenta ꝛc̄.Secmenta ꝛ longos habitꝰ ꝛ flammā ſumpſit.
Secors.dis.ge.oīs.i.ignauus.ſtultꝰ.ꝛ dr̄ a ſe ꝛ cor.q̄ſi ſeorſū a corde.Jn̄ hęc ſecordia dię.i.ignauia.
Secretꝰ.ta.tū.dr̄ a ſecerno.nis.Et h̄ ſecretum.ti.i.arcanū.occultū.optū.myſticum Jn̄ ſecretariꝰ.rij.Et h̄ ſecretariū.rij.locuſ vbi danturꝛ vel ꝯſeruantr̄ ſecreta.
Secta.ctę.f.g.dr̄ ꝓpoſitū in malo circa aliquā diſciplinam.ꝛ dr̄ a ſeco.cas.Vn̄ ſecta hereticorūȝ.qr̄ ſūt ſecti ꝛ diuiſi ab vnitate eccl̄ię vel fidei.Secta etiā accipitr̄ in bono.vt Secta ph̄oꝝ.ꝛ tūc dr̄ a ſeq̄r.qr̄ tūc ſeq̄nda.i.teneuda ē.vt ſecta apl̄oꝝ.ſecta ꝓpharum.Quidā tn̄ dicūt ſectā in malo.a ſeq̄ndo.Et ē ſecta habitꝰ aīoꝝ ꝛ inſtitutuȝ vel ꝓpoſitū in malo circa aliquā diſciplinam.quā tenēdo ſequuntr̄ longe.alia in religionis cultu opinātes q̄ȝ ceteri.
Sęculū.li.eſt ſpaciū centū decē annorūȝ.et dr̄ a ſequor.queris.qr̄ vnum ſequitr̄ aliud.Jn̄ h̄ ſęclū.cli.p ſyncopā.Jtē ſęculū q̄nq̄ȝ ponitr̄ ꝓ vita vl̄ ꝓ q̄libet ſpacio tp̄is aliq̄ntulum longo.Vn̄ dicit Pap̄.Sęculū dicitur ętas euū.tp̄is.ſpaciū.interuallū.vitę curſus.Jn̄ h̄ ꝛ hęc ſecl̄aris.ꝛ h̄ re.i.res ſęculi.vel ad ſeculū ptinēs.Jn̄ hęc ſecularitas.tatis.ꝛ ſęculariter aduer.
Secundus.da.dū.nomē ordinale.ꝛ dr̄ a ſequor.querꝭ.qr̄ ſtatim ſequitr̄ poſt p̄mū.Et ſecundus.da.dū.i.pſper.ꝛ bonꝰ a ſequendo.quia que ſecūda ſunt,de ꝓpe ſequuntr̄.Vn̄ ꝛ ſecūda dr̄ fortuna pſpera.quia ꝓpe nos ſequitr̄.ꝛ iuxta nos ē ſicut aduerſa oppoſita ē.ꝛ recedens.Jtē h̄ nomē ſecundū ponitr̄ loco aduerbij loci vel q̄litatis vl̄ potius ſilitudinis.cū dr̄.Scđm Lucam vbi gręci dicūt cata Lucā.Jtē ſecūda.dę.dicitur folliculus in quo puer inuoluitr̄ in ventre matris.ꝛ q̄ ſimul cū infante naſcitr̄ et ſequitr̄ eū.ꝛ egreditr̄.Jtē ſecūda.dę.dr̄ q̄dā vicꝰ in hieruſalē.De quo habetr̄.ij.Regl̄.Qui habitat in hieruſalē in ſecūda.Pap̄.vo dicit.Secūda.pſpera.abundās.fęlix btā.Secundę dicuntr̄ folliculi q̄ ſimul cum īfante naſcuntr̄.dictę ſic.qr̄ cū infans egreditr̄ eum ſequuntr̄.Macer etiā de viribus herbarū dicit.Jſtas pelliculas medici dixere ſecundas.Deutl̄.aūt.xxviij.dr̄.Et illuuie ſecūdarū.Jnuenitr̄ etiā ibi ſecūdinarum.ſed meliꝰ dr̄ ſecūdarū.Pōt tn̄ deriuari a ſecūda dę.ſecūdinꝰ.na.nū.i.ptinēs ad ſecundam.vel res ſecūdę.ꝛ ꝓđ.di.Unde Bern̄.Tunica tua fuit pellis ſecūdina.
Securl̄.ris.f.g.dr̄ a ſeco.cas.qr̄ ſecat.Uel ſecuris.dr̄ q̄ſi ſuccuris.qr̄ ea arbores ſuccidantr̄.vel ſecuris.q̄ſi ſemicurl̄.Ex vna eīn pte acuta ē.ꝛ ex altera foſſoria.Jn̄ hęc ſecuricula.lę.dimi.Et inde ſecuriculariꝰ.q̄ ſecurim defert.Et cor.ṗmā ſecurl̄.ſed ſecurus eā ꝓdu.Vn̄ q̄dā.Rebꝰ ſecuris ē ſępe minata ſecuris.
Securꝰ.ra.rū.dr̄ q̄ſi ſeorſū a cura.ꝛ dr̄ a prępoſitione ſe ꝛ cura.Jn̄ ſecuritas.tatis.ſm̄ Hugl̄.Pap̄.vo dicit.Securꝰ nō dubitās firmus.munitus.Securꝰ dr̄ q̄ſi ſine cura.id ē.frigidꝰ.p qđ inutile accipitr̄.Et ponitr̄ differētia intr̄ ſecurū ꝛ tutū.Vn̄ i gręciſmo dr̄.Eſt hō ſecurꝰ a cura quaq̄ȝ remotꝰ.Sȝ vir in agminibꝰ ꝯfidens ē hō turꝰ.Et vide qr̄ q̄dā voluerunt dicere ſecuriter.p ſecure.ſed iꝓprie.Vn̄.Aſſere ſecure ſecuritr̄ penitus vrc.
Secutus.ta.tū.pticipiū de ſequor.ꝛ ſcribitur p.c.q̄ȝuis ſequor ſcribatr̄ p.q.Nā vt dicit Priſcianꝰ in.x.Uerba deſinētia i quor mutāt eā i cu.ꝛ ſumētia.tū.faciūt ſupinū.vt loquor locutū.ſequor ſecutū.
Sedatꝰ.ta.tū.placidꝰ.leuis.temperatꝰ.
Sedes.dis.f.g.dr̄ a ſedeo.des.ꝛ ꝓdu.ſe.licet ſedeo.des.eā corripiat.Vn̄.Dum ſup alta ſedes.caſuȝ p̄bet tibi ſedes.Sedes nō ē vniꝰ tm̄ ſȝ multoꝝ.ſed ſolium ꝛ thronus vnius tm̄.Jteȝ ſedes in ſingulari numero ꝓprie ē regni.qđ gręce thronos dr̄.Et idē nos dicimꝰ ſoliū.Subſellia vero cęterorū quaſi ſubſedia.Cathedrę doctorū.Jteȝ a

ſedes dꝛ hec ſedecula .le.di.⁊ ħ ſedile .lis.
Sedecim.cōponiẗ a ſex.⁊ decē.⁊ dꝛ ſedeciȝ vel ſeſdecim.vt.x.abijciaẗ.vel muteẗ i.s. Jn̄ ſedenariꝰ.ria.riū.
Seditio.onis.f.g.i.diſſenſio ciuiū.⁊ diciẗ a ſedeo.des.ꝑ ꝯtrariū.qꝛ ſeoꝛſum alij eēt ab alijs.vel qꝛ ſedendo ſolent machinari. Alij dicūt ꝙ ſeditio ē diſcoꝛdia ⁊ diſſenſio aioꝝ.quā greci diaſtaſim vocāt. Jn̄ ſediti oſus.ſa.ſū.q̄ ſeditionē facit.⁊ diſcoꝛdiam gignit. Et coꝛ.di. Vn̄ in Auroꝛa. De redi tu ſpēs ſeditionis erat.
Sedile.lis.pe.ꝓ.dꝛ a ſedeo.des. Et ſunt ſe dilia loca in quibꝰ q̄s ſedere poſſit. Vn̄.iij Regl.x. Et due manꝰ hinc atqȝ inde tenē tes ſedile.
Sedulus.la.lū.i.aſſiduus.intentus.bonꝰ. ſtudioſus.firmꝰ.frequēs. Et dꝛ ſedulꝰ q̄ſi ſine dolo.quia ex aio ⁊ tota voluntate fac̄ Jn̄ ſedule aduerbiū. Et hec ſedulitas.ta tis.i.aſſiduitas.et coꝛ.du.
Seges.getis.f.g.dꝛ a ſeco.cas.⁊ ſm̄ ħ pro prie dꝛ ſeges.matura.ſ.meſſis. Vel ſeges dꝛ a ſero.ris.⁊ ſm̄ ħ ſeges dꝛ ſemē qꝛ ſeriẗ Et illud in quo ſeriẗ ſcȝ terra. Sȝ trāſlati ue ſemen etiā dꝛ verbū dei. Vn̄ Luc̄.viij. Semen eſt verbum dei. Et coꝛ.ambas ſyl labas ſeges.
Segmentū.ti.n.g.dꝛ veſtis mlīebꝛis ⁊ lon ga cuiꝰ neceſſe ē ꝑtem ſecare.⁊ ea ſolēt vti nubētes. Et ꝓpꝛie eſt limbus ſiue faſciola que mulieribꝰ indumentis in extrema ꝑte cauſa oꝛnatus aſſuiẗ. Unde Juuenal. Se gmenta ⁊ longos habitus vt flāmea ſum pſit. Aliq̄n aūt inueniẗ ꝓ ꝑticulis veſtimē toꝛum.⁊ dicunẗ ſegmēta.q̄ſi ſecamēta. Jn̄ ſegmentatus.ta.tum.tali veſte indutꝰ.vl̄ oꝛnatus ſegmētis. Vn̄ ⁊ ſegmētata dꝛ ve ſtis.que eſt quibuſdam zonis.vel quaſi ꝑ ciſis ſegmentis oꝛnata. Nā ꝑticulas cuiuſ qȝ materie abſciſas.pꝛeſegmenta vocamꝰ ſm̄ Hugl. Pap̄.vero dicit. Segmenta ſūt faſcie quibus faſciaẗ caput. Jtem ſegmen tum dicitur monile a collo in pectus depē dens.
Segnis.cō.t.⁊ ħ ne.i.piger ⁊ dꝛ a ſe ⁊ igniſ quaſi ſine igne.ingenio carēs.frigidꝰ.ocio ſus.per qđ inutilē accipimꝰ. Vn̄ Heb.vj. Ut non ſegnes efficiamini. Jnde ſegniter aduer. Et hec ſegnicies.ciei. Et hec ſegni cia.cie.i.pigritia.
Segoꝛ.q̄dā locus ē.⁊ acuiẗ in fine.⁊ interꝑ tatur loquela inutilis.
Segrex.gis.ois.ge.i.nobil.⁊ dꝛ a ſe.⁊ grex quaſi ſeoꝛſum a grege alioꝝ.⁊ coꝛ.gre.
Seir.dictꝰ ē quidā qꝛ fuit hiſpidus ⁊ pilo ſus.q̄n em̄ natus ē.totꝰ ſicut pelliſ piloſus erat. Et idē dictꝰ ē Eſau.i.rufus.ob cocti onē.ſ.rufe lentis.cuiꝰ edulio ꝓ̄mogenita ꝑ didit. Jdem ⁊ edom.ob ruboꝛem coꝛporl dictus.quod latine ſanguineus dicitur.
Seiuga.ge.maximus currus Jouis.vide ſupꝛa in biga.
Seiunx.gis.dicuntur boues nonduȝ iugo coniuncti.quaſi ſeoꝛſum a iugo.⁊ dicitur a ſe ⁊ iugum.
Selectus.cta.ctū.i.ab alijs electꝰ.
Selenos.dꝛ lux noctis.ſ.luna.⁊ dꝛ a ſele vl̄ ſile.quod eſt lux.⁊ nox. Eadem ⁊ ſilenos dꝛ.⁊ acuiẗ in fine.
Seleucus.ci.ꝓpꝛiū nomē viri.triū ſyllaba rum. Et ibi eſt diphthongus eu.vn̄.e.⁊.u eiuſdem ſyllabe ſunt. Vn̄ in Auroꝛa. Tūc a romana demetriꝰ vꝛbe ſeleuci.
Selinū dꝛ apiū. A q̄ cōponiẗ petroſelinum hypoſelinū.oleoſelinū.
Sella.le.dꝛ a ſedeo.des.q̄ſi ſeda.qꝛ ibi ſuꝑ ſedemus. Jn̄ ħ ſellarius.rij.q̄ facit ſellas. Et ſellariꝰ.ria.riū.ad ſellā ꝑtinēs. Et ſel larius.qui ſeſſurꝰ poꝛtat ſellā. Jtē inueni tur hec ſella ꝓ q̄dā muliere in ꝑ̄mo Regū.
Sellio.onis.i.caballus.⁊ dꝛ a ſella.
Sellula.le.dimi.i.ꝑua ſella.
Sellū fuit quidā vir q̄ fuit cuſtos veſtiū ſa cerdotū.⁊ acuiẗ in fine.
Sem.filius Noe dictus eſt.⁊ ex ꝑſagio po ſteritatis nomē accepit. Ex ip̄o em̄ patri arche.⁊ ꝓphe.⁊ apl̄i.⁊ ppl̄s dei progreſſi ſunt. Ex eiꝰ quoqȝ ſtirpe eſt chꝛiſtꝰ cuiꝰ ab oꝛtu ſolis vſqȝ ad occaſum magnū ē nomē in gentibꝰ.
Semē.inis.n.g.ē qđ in agro ſpargiẗ ad gi gnendū fructū. Jtē ſemē ē aīaliū qđ ſpar gitur ad gignendū fetū.
Sementis.tis.f.g.ē ſemen frugū.vel tēpuſ ſeminādi.vel dea ſemētis.vel ip̄e actꝰ ſemi nandi. Jn̄ ſementinꝰ.na.nū.
Semeſus.ſa.ſū.i.in media ꝑte coꝛroſus et comeſtus.ſemicomeſtus.⁊ dꝛ a ſemis.qđ ē dimidiū.⁊ eſus. Et ꝓdu.pe. Vn̄ Uirgi lius in.iij.enei. Semeſam ꝑdaȝ ⁊ veſtigia feda relinquunt.
Semianimꝰ.ma.mū.⁊ ħ ⁊ hec ſemianimis ⁊ ħ me.i.ſemiuiuus.
Semibos.bouis.cō.g.i.in media ꝑte bos. vt monotaurus. Et coꝛ.pe.tam nr̄i q̄ȝ gr̄i. Vn̄ Ouidꝰ. Semiuirūqȝ bouem.ſemibo uemqȝ.virūqȝ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Semicecus.ca.cū.q̄ in p̲te ē cecus ⁊ in p̲te videt.vel qui non clare videt.⁊ dꝛ a ſemis ⁊ cecus.

Semicinctiū.ctij.ē zona minꝰ lata.ſicut cingulus cinctura lata.⁊ dꝛ a ſemis ⁊ cinctus q̄ſi dimidiꝰ cinctus. Jn̄ ſemicinctiuꝫ dꝛ eo q̇ dimidiū cingat. Jn glo. autē Actꝉ. xix. dicuntur ſemicinctia veſtes ex vno latere dependētes.vꝉ zone ſiue veſtes nocturne vel genꝰ ſudarij quo hebꝛei vtunt̄ i capite

Semicinctū.cti.i.zona minus lata. quia dimidiū cingit.

Semicoꝛs.dis.ois ge.i.dimidiū coꝛ hn̄s.⁊ dꝛ a ſemis.⁊ coꝛ.

Semideus.dei.pe.coꝛ.i.dimidiꝰ deꝰ vel q̄ſi ſemꝰ.i.imp̲fectꝰ ⁊ nō plenꝰ deus.

Semiermis.mis.con.t.⁊ hͦ me.i.ex p̲te armatus.

Semifer.ra.rū.i.in media p̲te fera.vt centaurus.⁊ coꝛ.mi.

Semihiulcꝰ.ca.cū.i.aliq̄ntulū hians.aptꝰ ex p̲te.⁊ dꝛ a ſemis ⁊ hiulcus.

Semilacer.ra.rū.i.ex p̲te laceratꝰ.

Semilongus.ga.gū.q̄ſi medio modo lōgꝰ.

Semiluniū.nij.i.media luna.

Semimaris.cō.ge.i.ſemimaſculus. vel imp̲fectꝰ mas.ſ.caſtratꝰ q̄ſi minꝰ hn̄s q̄ꝫ mas ⁊ coꝛ.ma.

Seminariū.rij.n.g.i.ſemen. vel cuiuſlibet rei exoꝛdiū. vel vas in quo ponit̄ ſemen.⁊ dꝛ a ſemen.Et ſeminarius.ria.rium.id eſt ad ſemen vel ſeminatū p̲tinēs.vel exoꝛdialis vel initialis.Et hͦ ⁊ hec ſemialis.et hͦ ſeminale.

Seminecis.cō.t.⁊ hͦ ce.i.ſemimoꝛtuꝰ vꝉ necatus.exanimis.int̄ moꝛtuos ⁊ viuos.

Seminiuerbiꝰ.bij.m.g.i.ſeminatoꝛ v̓boꝝ Jn̄ hec ſeminiuerbia.bie.i.verboꝝ ſeminatrix.Vn̄ Actꝉ. xvij. Quid vult ſeminiuerbius hͦ dicere.Hugꝉ.aūt videt̄ dicere. Semiuerbiꝰ.⁊ ſemiuerbia.⁊ tūc tenet naturā de ſemen..ſed ſeminiuerbiꝰ naturam tenet de ſemini.Pap̄.dicit. Seminiuerbius.i.ſeminans verba.

Seminiū.nij.i.ſemē.vel cuiuſlibet rei exoꝛdiū.vel lucrū de ſemine.

Seminudus.da.dū.i.nō totꝰ optus. et dꝛ a ſemis.⁊ nudus.⁊ p̲du.nu.

Semipaganus.na.nū.i.nō ex toto vꝛbanꝰ nec ex toto villanꝰ.vel nec ex toto facetus nec ex toto ruſticus.

Semipes.dis.maſ.ge.i.dimidiꝰ pes.⁊ coꝛ.pe.gti. Jn̄ hͦ ⁊ hec ſemipedalis.⁊ hͦ dale.pe.p̲d.menſura dimidij pedis.⁊ hec ſemipedalitas.tatis.

Semiplagiū.gij.i.minus rete. vel adiūcte retibus linee reſtes plage dicunt̄.

Semiplenꝰ.na.nū.pe.p̲du.i.dimidius.

Semipondiꝰ.dij.i.dimidiū pondus.

Semiputatus.ta.tū.i.ex p̲te putatus.et in p̲te nō.Vn̄ Virgiliꝰ in bucolꝉ.Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo.

Semirutus.ta.tū.pe.coꝛ.q̄ ex p̲te coꝛruit.

Semis ois ge.ideclinabile.i.dimidiꝰ.dia.diū.⁊ dꝛ ab hemis.qđ ē dimidiuꝫ.ſubtracta aſpiratiōe.⁊ p̲ ea poſita.s.Vn̄ q̄dam. Vas tribꝰ ⁊ ſemis ſolidis ego p̲digꝰ emi. Jtē ſemis pōt cōponi.a ſemis.⁊ as aſſis.⁊ dꝛ hͦ ſemis ſemiſſis.⁊ ſic ē decli. ⁊ ponit̄ p̲ quadā mēſura.Ponit̄ etiā p̲ quodā pondere.qđ conſtat ex ſex vncijs quaſi ſemis as.As enim conſtat ex duodecim vncijs.

Semiſpatiū.tij.gladius a media longitudine ſpate dictus.

Semita.te i.dimidiū iter.q̄ſi ſemis iter.Et eſt ſemita duoꝝ peduꝫ ſcilicet via adeo ſtricta vt alter in tranſitu tranſire non poſſit.Et eſt pꝛopꝛie ſemita hominum. callis ferarum et pecudum.a calcando. vel a callo.Et eſt callis pꝛopꝛie ſemita ſtricta et tenuis callo pecoꝛum perdurata.Tramites vero tranſuerſa ſunt in agris itinera.

Semitonus.ni.m.g.⁊ hͦ ſemitoniū.nij.id ē nō plenus ſonus.⁊ coꝛ.to.

Semiuir.uiri.i.imp̲fectꝰ vir. vel caſtratus et dicitur a ſemus. quod eſt imperfectus. et vir.Poteſt etiam ſemiuir componi a ſemis.quod eſt dimidium.et vir quaſi dimidius vir.ſicut fuerunt centaurus.⁊ monotaurus.⁊ coꝛ.pe.

Semiuiuus.ua.uū.pe.p̲đ.i.ex p̲te viuꝰ.i.nō totus moꝛtuus.

Semiuocalis.cō.t.⁊ hͦ le.dꝛ a ſemis ⁊ vocalis.Et ſemiuocales dicunt̄ quedā lr̄e quaſi imp̲fecte vocales.quia nō habent ita bonam ſonoꝛitatem.ſicut ⁊ vocales.Jn̄ ſemiuocaliter aduer.Et hec ſemiuocalitas.tatis.Dr̄ etiā hec ſemiuocalis.lis.ſubſtantiue.lr̄a q̄ cū vocali facit vocē.quaſi ſema et imp̲fecta vocalis.

Semiuſtus.ſta.ſtū.⁊ ſemuſtuſ.ſta.ſtū.i.ex p̲te vſtus.⁊ dꝛ a ſemis.⁊ vſtus.⁊ ponitur ſemuſtus p̲ ſemiuſtus.

Semo.monis.m.g.ſemihomo. ſiue ex p̲te homo.et dicit̄ a ſemis.⁊ homo homonis quod dixerunt antiqui.Et hͦ fuit ad dr̄aꝫ gti ſeminis.Vn̄ Marcialis capel.Quoſq̄ꝫ hemicheos quoſq̄ꝫ latine ſemones dicunt.

Sempitern⁹.na.nū.i.ſemp cū tp̱e durans
vt mundus.q̄ſi ſemp ęternus. Jn̄ hęc ſem
piternitas.tatis.

Semunculus.li.vel ſemiuncul⁹.li.dimi.de
ſemo.monis.ſed meli⁹ dꝛ ſemuncul⁹ qꝛ foꝛ
maꝝ a ſemo.o.in um.ꝯuerſa.ꝛ addita cul⁹
ſ͛m regulas Priſtiani.

Semus.ma.mū.i.imp̱fectus.nō plenariuſ
nō plenus. Profecto illud ſemū eſt.qđ vl-
tra medietatē ꝛ citra p̱fectionē ē. Jn̄ ſemi-
tas.tatis.

Senaculū.li.locus vbi ſenatus congregaꝝ
vel domus illa.

Senatus.tus.tui.dꝛ a ſenex.ꝛ natus.quaſi
ſenex natus vł natu.qꝛ in illa dignitate eli
gebanꝝ ſenes.ſaltem prudētia. Vel ſenat⁹
dꝛ a ſinendo.qꝛ ſenatoꝛes facultatez agēdi
dabant. Nō em̄ ſine eoꝛū licentia vlli ma-
giſtratui licebat aliq̄d agere. Et dꝛ ſenat⁹
etiam ip̄e locus in quo conueniūt ſenato-
res. Jn̄ h̷ ſenatoꝛ.toꝛis.q̄ habet illā digni-
tatem. Jn̄ ſenatoꝛius.ria.riū. Et nō ꝙ ſe-
natuſdecretū quātū ad imediatā cōpoſiti-
onem cōponiꝝ ex noib⁹.ſ.ex gtō ſenatus ꝛ
noie qđ eſt decretū.ti.ſed quātū ad imedi-
atam compoſitionē cōponiꝝ a p̱ticipio. qꝛ
ſenatuſdecretū eſt illud ius qđ eſt a ſenatu
decretum. Jtē in p̄dicta cōpoſitione p̄nci
piuz daꝝ ei qđ ē digni⁹.ꝛ hac rōne dicim⁹
ſenatuſdecretū.ꝛ magiſtermilitū.quia ſe-
natus eſt dignioꝛ ſuo decreto cū poſſit illđ
condere ꝛ deſtruere.ꝛ declinaꝝ decretum
ſed ſenatus genitiuus remanet indeclina-
bilis.vt h̷ ſenatuſdecretū ſenatuſdecreti.
ꝛc̄. Et idē dicas de ſenatuſconſultū.

Senatoꝛes dicunꝝ magiſtrat⁹ ppł̄i q̄ſi ſenio
res. Nā ſ͛m Azo.leges p̄us fiebant a ppł̄o
eiuſq̄ʒ interuētu.ſʒ qꝛ aucto ppł̄o cepit dif
ficile ꝯuenire in lege condendo.ideo elegit
ppł̄s centū ſenatoꝛes. vt. C.de pe. here.l.
vltͣ.vt ipſi vice ppł̄i ꝯſulerenꝝ ꝛ q̄cq̄d ſta-
tuerent lex eſſet. Senatoꝛes aūt ſunt qui a
p̄ncipib⁹ ꝛ ꝯſulib⁹ vſq̄ʒ ad viros illuſtres
deſcenderūt. Et hi ſoli ſolebant dicere ſen
tentiā in ſenatu.quare etiā cōſulē romanū
vocamus ſenatoꝛez magiſtratus.vt.ff.de
ſena.l.vltͣ.ꝛ Jnſti.de iuꝛ.na.gen.et ciui.
.§.lex eſt. Senatoꝛes etiā dici debent ſena
toꝛum filij et nepotes ex filijs nati.non au-
tem nati ex filiabus.vt.l. liberos.ff.de ſe-
na.

Senatus.ē cętus iſte honeſtiſſim⁹ ſenatoꝛū
q̄ centū erant numero. vt dicit Azo.C.de
ſena.con.ꝛ nomē cōſulis pariſicaꝝ ſenatu
p̄ncipis. vtputa cū habeaꝝ vice ppł̄i. ꝛ an̄
imp̱atoꝛē p̱ ppł̄m.ꝛ poſt imp̱atoꝛē p̱ prin-
cipem conſtitutus fuit ſenatus vt.ff.đ oꝛi.
iurͣ.l.ij.

Senatuſconſultū.ē qđ tm̄modo ſenatoꝛes
habito ꝯſilio ppł̄is ꝯſulendo decreuerunt
ſ͛m Jſido.li.v.

Senatuſcōſultū romanū. alias ſepꝛinianū
omnib⁹ ciuitatib⁹ fideicōmiſſariaʒ heredi
tatem iubet reſtitui.ꝛ in eā.ꝛ ad eā omnes
actiones trāſferri.

Senatuſconſultū artificianū.alias artificu
lianū.quo caueꝝ vt p̄ſides p̱uinciaruʒ co-
gnoſcant in p̱uincijs de libertate.licet he-
res nō ſit illius p̱uincię.

Senatuſconſultū claudianū tollendū ſtatu
erat ꝙ mulier libera ſeruili amoꝛe capta ſi
ei denūciata eēt a dn̄o ne cōmiſcereꝝ ſeruo
ſuo.ꝛ iudex ſup̱ ea cauſa ammonuiſſet nec
ipſa acquieſceret.ſubſtantiā ſuā ꝛ liberta-
tem amittebat ꝛ fiebat ſerua vel ancilla do
mini denunciantis.qđ qꝛ viſum ē miſera-
bile ꝛ indignū.ſublatū eſt.

Senatuſconſultum leboneanū euʒ coercet
q̄ ob inſtruendā actionē vel teſtamentum.
publicā pecuniā acceperit.pactuſue fuerit
Jtē q̄ p̱fecto teſtamēto legatū ſibi aſcribit
Jtē heredem.qui in exheredatione aut in
alicui⁹ ꝯdemnationē legatū aſcribit.

Senatuſconſultū macedonianū habet locū
q̄n̄ aliq̄s filiofamilias in p̱tāte p̄ris exiſtē-
ti mutuo pecuniā tradidit.qꝛ h̷ ſenatuſcō-
ſultū p̱hibuit mutuā pecuniā dari filijſfa-
milias.ne onere debitoꝛū p̱egrauati.eēnt
occaſio machinādi moꝛtē patri. Si aūt cō
tra ſenatuſconſultum iſtud q̄s filiofamili-
as numos tradiderit.traditos amittat ni-
ſi ipſe filiuſfamilias habeat caſtrenſe pecu
lium.vel q̄ſi caſtrenſe. Eo em̄ vtiꝝ. vt pa-
terfamilias.

Senatuſcōſultū oꝛphitianū ad ſucceſſiōem
matris inteſtare filias vel filios legitimos
ſiue vulgo queſitos vocat.niſi mr̄ ſit illu-
ſtris.cui⁹ filiū noiare ſpuriū ſatis acerbuʒ
ē.vocatq̄ʒ ex teſtamēto nepotes et neptes
qui oino p̄ferunꝝ conſanguineis ꝛ cogna-
tis ſiue agnatis.

Senatuſconſultū pagazianū ſtatuit vt quā
do ſcript⁹ heres rogatus ē totaʒ heredita
tem vel pluſq̄ʒ dotantē reſtituere alicui li-
ceat ſcripto heredi toti⁹ hereditatis quar-
tam p̱tem retinere.quo caſu onera heredi
taria ſuſtineat inter ſe ꝛ illuʒ cui hereditas
reſtituitur.inter quē ꝛ ipſū cui hereditatē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reſtituit ſtipulatiões ſolebãt inꝑponi vt cõ
municẽt ꝓ rata pte lucrũ ⁊ damnũ.
Senatuſcõſultũ piſanianũ. vt ſi pene obno
xius ſiue ſeruus veniſſet quando aiaduer
ſum ſit in eum p̃cium venditoꝛ preſtat em=
ptoꝛi.
Senatuſcõſultũ plautianũ de liberis agno
ſcendis loquit̃ ꝙ poſt diuoꝛtiũ educant̃. ꝑ
h̃ ꝑmittit̃ mulieri ſi putet ſe pꝛegnantẽ de=
nũciare marito ſuo ĩfra. xxv. dies. vl̃. xxx
poſt diuoꝛtiũ. ita ꝙ niſi maritus cuſtodes
miſerit. aut ꝯtrariũ nũciauerit ex ſeeã non
eſſe p̃gnatã. cogat̃ partũ agnoſcere tanꝙ̃
ſuũ. Si ṽo vi ipa oppꝛeſſa fuerit. nullũ h̃
partui generat p̃iudiciũ.
Senatuſconſultũ iulianũ d̃ꝛ quo directã ſi=
bi ſerui accipiunt libertatẽ cum illi a quib⁹
libertates erãt relicte a p̃toꝛe vocati nolũt
adeſſe.
Senatuſconſultũ ſylleianũ ⁊ claudianũ pu
nit ſeruos capite ꝙ dñis ſuis cũ vocarent̃.
oĩmodã opem vel auxiliũ inquãtũ potue=
runt nõ tulerunt vel impenderũt cum ipſi
hoc viderẽt ⁊ audirent.
Senatuſcõſultũ tercullianũ. quo cauet̃ ma=
tri nõ auie de teſta. ſucceſſiõe deferenda.
vt mater ingenua triũ liberoꝛũ ius habẽs
ſi libertina quarto filio ſuccedit defuncto
nõ exiſtentibus vltimis liberis vel eman=
cipatis. nec a patre. nec a matre defuncti.
ſed nouo iure. ⁊ ſi ſolũ vnũ peperiſſet. ſiue
ſit ingenua ſiue libertina idẽ ius verſatur.
Uel ſenatuſconſultũ tercullianũ d̃ꝛ cũ ma=
tres vocant̃ ad hereditates filioꝝ ſenatuſ=
conſul. tercul. vt Inſti. de teſta. ꝑ to.
Senatuſconſultũ traianũ. alias caruianuꝫ
ſtatuit ſi inter plures heredes infans. ſit ꝙ
fari nõ poſſit. ⁊ ipſi rogent̃ ſeruũ mãumit=
tere. nõ ideo libertas intercidat̃. quia fari
nõ põt infans. nec ſeruũ põt vendere. ſed
extimatis ꝑtib⁹ ſeruũ manumittant ſalua
poꝛtione infantis.
Senatuſconſultũ damaſianuꝫ dicitur quo
cautũ eſt ſi abeſt illi iuſta cauſa qui liberta
tem debet. ⁊ hoc ꝓnunciatum ſit ꝙ ꝑinde
libertas ei cõpetit. vt ſi ab ipſo directe da
ta eſſet.
Senatuſconſultum trebell̃. a nouo iure in=
crementum ⁊ foꝛmã hãc accepit. vt exclu=
ſo ſenatuſconſulto pagaziano liceat here=
ditatem reſtituenti quartã ptẽ retinere in
ter ipſum ⁊ fideicõmiſſariũ ꝓ rata poꝛtio=
ne. dimiſſis actionibus contra cõem ſtipu
lationem. ⁊ ſi totam hereditatem volẽs re
ſtituerit. ad eum ⁊ in eum omnes transfert
ſtipulationes.
Senatuſconſultũ turpilianũ. quo ſtatuitur
ne ꝙ̃s publici iudicij crimẽ intentans ab ac
cuſatione publici criminis cauſa oꝛdinata
.i. poſt inſcriptionẽ ⁊ fideiuſſionẽ datã de=
ſiſtat abolitione nõ impetrata.
Senatuſconſultũ velleianũ inductũ ẽ in fa
uoꝛem mulieꝝ. ſcꝫ illarum que leuitate ſua
⁊ ſexus fragilitate ſe ⁊ ſua obligant ꝓ alijs
fideiubendo vel obligationẽ in ſe recipien
do ꝑ hoc in ſenatuſconſultũ eis ſubuenit̃.
⁊ concedit̃ vt ipſe indẽnes ſeruent̃ ⁊ ſi cõ=
ueniant̃ ꝓ tali obligatione poſſunt oppo=
nere exceptionẽ ſenatuſconſulti velleiani.
Ceſſat aũt hoc ſenatuſconſultũ cuꝫ mulier
renunciauit vellei. et omni auxilio. ff. e. ti.
l. vlt.
Senatuſconſultũ voluſianũ ſtatuit ꝙ ꝙ̃ im=
pꝛobe in litem coeunt. aut ꝙ̃cꝙ̃d ex ꝯdẽna=
tione in rem ipſi⁹ redditũ ſiue relatũ ſit. l.
iulia de ꝑuata vi tenet̃.
Senatuſconſultũ fauianũ in diſſuetudineꝫ
abijt. introducãs adoptionẽ fieri per tres
mares adoptãtes. ⁊ tres intercedẽtes emã
cipationes.
Senatuſconſultũ largitianum merito obꝛo
gatum ẽ. latinã inducẽs libertatẽ. qua ꝙ̃s
moꝛte ſua recipiebat̃ extra libertatẽ.
Seneca. ce. pe. coꝛ. ꝓpꝛiũ nomẽ viri.
Senecia. cie. f. g. d̃ꝛ pilatura labioꝛũ vel la=
bium vel verbũ ſenis. ⁊ d̃ꝛ a ſenecio qđ eſt
aliquãtulũ ſenex. Uel ſenecia ẽ illud rubꝝ
qđ eſt ſub aure piſcis. ꝑ qđ diſcernit̃ an ſit
recens an nõ. Alij dicunt ꝙ ſenecie dicun=
tur ſaliue defluentes ꝑ genas ſenis. ꝙ̃s p̃
ſenectute retinere non poteſt. ⁊ eas emittit
per molares dentes qui canini. i. detracto
res dicunt̃. quod congruit inuidis. de ꝙ̃ꝝ
molaribus frequens imunditia detractio
nis emittit̃. Unde Hieronym⁹ in pꝛologo
Ezech. Sed vereoꝛ ne illđ eis eueniat. qđ
grece ſignti⁹ d̃ꝛ vt vocent̃ fagolidoꝛos. h̃
ẽ. manducantes ſenecias. Item ſm̃ Pap̃.
Senecie herbe ſunt cito areſcẽtes. que per
macerias naſcunt̃.
Senecio. onis. i. aliquãtulũ ſenex.
Senecta. cte. ⁊ hec ſenectus. tutis. in codeꝫ
ſenſu. Et ẽ ſenect⁹ ſexta etas. que nullo an
noꝛũ nũero finit̃. ſꝫ poſt ꝙ̃nꝙ̃ etates quan=
tũcunꝙ̃ vite ẽ. ſenectuti deputat̃.
Seniũ ṽo eſt vltima ps ſenectutis. ⁊ d̃ꝛ a ſe
nus. na. num. eo ꝙ ſit terminus ſexte eta=
tis. vel dicitur a ſenex. Unde Pſalmiſta.

Vſqꝫ in ſenectā ⁊ ſeniū de⁹ ne derelinquas me. Item ſenectuꝫ eſt ſupinū de ſeneo ſꝫm antiquos. Et vt dꝛ Sap. iiij. Senect⁹ em̄ venerabilis eſt non diuturna. neqꝫ annoꝝ numero computata. Cani aūt ſunt ſenſus hominis. ⁊ ętas ſenectutis vita imaculata quia videlicet in moribus ſenectus quędā honeſtas eſt.

Senex. ſenis. m. g. dꝛ a ſenſus qꝛ in ſenibus ſolent ſenſus abundare. qꝛ in antiq̄s eſt ſapientia. ⁊ in multo tp̄e prudentia. vt dꝛ in Job. Vel ꝑ ꝯtrariū. qꝛ in eis ſenſus diminuunt̄ vnde dꝛ ſenex. quaſi ſe neſciens. delirat em̄ ꝓpter nimiam ętatem. ⁊ ē etymo. Iñ h̄ ſenioꝛ maſ. ge. ſicut ⁊ ſenex eius poſitiuus. q̄ꝫuis antiqui dixerūt h̄ ⁊ hęc ſenex ⁊ h̄ ⁊ hęc ſenioꝛ. ⁊ h̄ ſenius. ⁊ in ſuplatiuo ſeniſſimus. ma. mū. ſed nunc caret ſuplatiuo. Et coꝛ. p̄mā ſenex. ſed ſenus. na. num. eam ꝓdu. Vnde quidā. Facta notāda ſenis volo verſibus edere ſenis. Et a ſenex dꝛ h̄ ⁊ hęc ſenilis. ⁊ h̄ le. pe. ꝓd. i. res ſenis vel ad ſenē ꝑtinēs. ⁊ hęc ſenilitas. tatis. et hęc ſenitudo. dinis. Et cōponit̄. q̄ꝫ ſenex. id eſt. valde ſenex.

Sennaar. vallis latiſſima. in qua turrꝭ a ſuperbientib⁹ ędificari ceperat. ſꝫ Hugꝭ. Et Pap̄. dicit. Sennaar. loc⁹ ē babylonis. in quo fuit campus duran. ⁊ turris quā vſqꝫ in cęlū leuari conati ſunt. ⁊ acuit̄ in fine.

Senones. galloꝝ q̄dā q̄ romā inuaſerunt. ⁊ coꝛ. no. Et nō q̄ galli ſenones ſunt franci. Galli germani ſunt teutunici.

Senos. vel potius ſynos. interp̄tat̄ ſenſus

Senſibilis. cō. t. ⁊ h̄ le. i. ſenſu ꝑceptibile. ſ. aptū ſentire. vel aptum ſentiri. Iñ h̄ ⁊ hęc ſenſilis. ⁊ h̄ le. pe. coꝛ. ꝑ ſyncopā in eodem ſenſu. Iteꝫ ſenſibilis etiā ſꝫm aliam ſignificationem ſui verbi dicitur intelligibilis. Quidam ponunt dr̄am inter ſenſibilis et ſenſilis. Vnde. Quod ſentire poteſt ⁊ ſentiri tibi ſit res. Senſibilis. ſentire potens ē ſenſile tm̄.

Sēſus. ſus. ſui. ē quędā vis aīę q̄ ꝑcipit formas in p̄ſenti materia. vł qua hō audit vł videt. vel tangit. vel guſtat. vel olfacit et dꝛ a ſentio. tis. Vel ſenſus dꝛ intellectus. ſꝫm aliā ſignificationeꝫ ſui verbi. Et ſic ſumitur. j. Joh̄. vltꝭ. vbi dꝛ. Et ſcim⁹ qm̄ filius dei venit ⁊ dedit nobis ſenſum. vt cognoſcamus deum verū ⁊c̄. In qua ſignificatione inuenit̄. ⁊ hoc ſenſum. ſꝫ ſenſuꝫ ꝓprie attribuit̄ vocib⁹. Senſus vō alijs rebus. Et hinc ſenſuoſus. ſa. ſuꝫ. i. ſenſu plenus. Item a ſenſu dꝛ h̄ ⁊ hęc ſenſualis. ⁊ h̄ le. i. ad ſenſuꝫ ꝑtinēs. vel ſenſui. vel coꝛpori dedit⁹. vel ſenſu ꝑcipiēs. Iñ hęc ſenſualitas. tatis. Iteꝫ a ſenſus dicit̄ ſenſatus. ta tū. Et nota q̄ ſunt q̄nqꝫ ſenſus. ſcꝫ audit⁹. viſus. guſtus. odoꝛat⁹. ⁊ tact⁹. Tres aperiunt̄ ⁊ claudunt̄. duo ſemꝑ patentes ſūt. Itē ſenſus dꝛ q̄nqꝫ aīa. qꝛ ſentit. q̄nqꝫ cuiuſlibet rei adinuentio. Sꝫ memoꝛia rei inuente recoꝛdatio.

Sententia. tię. ſꝫm Hugꝭ. eſt iudiciū vel litꝭ deciſio. vel firma ⁊ indubitata reſponſio. vel aīaduerſio. vel ſenſus. ſiue intellectus ⁊ dꝛ a ſentio. is. Item ſententia quidaꝫ coloꝛ rhetoꝛicus dꝛ. ſcꝫ breuis oꝛatio aliquid moꝛalitatis generaliter compꝛehendēs vt Obſequiū amicos vitas odiū parit. Iñ ſententioſus. ſa. ſum. i. ſententijs plenus. Itē ſꝫm Iſidoꝛū. ſententia eſt determinata acceptio alteri⁹ ꝑtis ꝯtradictiōis.

Sententia ſꝫm Azo. iſū. C. quō ⁊ q̄ñ iudex ſen. ꝓfer. debet. q̄nqꝫ pōt dici cuiuſcunqꝫ oꝛationis ſignificatio. q̄nqꝫ ponit̄ ꝓ opinione magiſtroꝝ. q̄nqꝫ dꝛ quicq̄d alicui d̄ re aliqua placet. q̄nqꝫ eſt depoꝛtatio. q̄nqꝫ excōicatio vł interdictum. ſed impꝛopꝛie. qꝛ excōicatio vł interdictū potius punit quā finem cauſę imponit. ideo potius pōt pęna dici q̄ꝫ ſentētia vel diffinitio. Q̄nqꝫ ſententia dꝛ q̄dcūqꝫ iudicantis p̄ceptum. non naturę. nō iuri. nō bonis moꝛib⁹ ꝯtrariuꝫ. Et ſꝫm hanc ſignificationē diſtinguit̄. Qꝛ ſniaꝝ alia ē diffinitiua. alia interlocutoꝛia alia cōuentionalis. alia q̄ dꝛ p̄ceptuꝫ. alia mulcta. alia diſpenſationis.

Sententia diffinitiua. eſt diffinitio iudicialꝭ controuerſię finem imponēs ex ꝓnunciatione iudicis damnationē vel abſolutioneꝫ continēs. Et hęc principalē diffinit queſtionem. vt q̄ñ auditis vtriuſqꝫ ꝑtis allegationib⁹ cā terminat̄. ⁊ finis principali negocio imponit̄. quam ſemel lataꝫ iudex reuocare nō poteſt.

Sententia interlocutoꝛia. eſt ſententia ſemiplena. q̄ ꝓfert̄ inter p̄ncipiū ⁊ finem cauſę nō ſuꝑ p̄ncipali. ſꝫ emergentibus ⁊ incidētibus queſtiōibus. puta ſuꝑ libello offerēdo. vel concipiendo. vel danda dilatione. aut deneganda. ⁊ ſilib⁹. p̄ncipali cā durante. vt q̄ñ iudex nō reſidens ꝓ tribunali interloquendo int̄ ꝑtes. ſine ſolēnitate ſcp̄turę aliquid ꝓnunciat de plano. vel ſuꝑ aliq̄ incidēti. vel emergēti. extra p̄mū intentuꝫ principale. Et hanc poteſt reuocare iudex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſiue ſit ordinariꝰ .ſiue delegatꝰ.ſiue arbitꝛ.
debet tñ cũ cauſe cognitione ferri.ꝛ iudice
cõcedente nõ ꝓcedente.iij.q.iij.§.ſpaciũ.
ſm Goff.
Sententia ꝯuentionalis.ẽ amicabilis cõpo
ſitio. vt qñ iudex cõuenit aliquẽ ꝛ commo
net eũ.ne faciat cõtra cõuentionẽ.
Snia ꝑ errorẽ lata.a qua nõ ẽ appellatũ re
uocatꝛ ſi error ꝓbabilis poſtea detegatꝛ.vt
in.c.fraternitatis.de fri.ꝛ male.
Sententiuncula.le.i.pua ſententia.
Sentes.tis.i.ſpina.vel arbor ſpinoſa. que
ꝛ ſentix.ticis.dꝛ.ꝛ dꝛ a ſentio. qꝛ grauiter
ſentitꝛ cũ pungit. Uel ſentes dꝛ a ſitu.qꝺ ẽ
terra inculta.in qua ſentes ꝛ ſpine naſcun
tur.Uñ Job.xxx.Eſſe ſb ſentibꝰ.delitias
cõputabant.Jñ ſentꝰ.ta.tũ.Et ſenticoſus
ſa.ſũ.in eodẽ ſenſu.i.horridꝰ.aſper.ꝛ ſen=
tibus plenus.ſpinoſus.Uñ Terentius in
eunucho.Uideo ſentũ ꝛ ſqualidũ.Et ſen
toſus.ſa.ſũ.ꝛ ſentariꝰ.ria.riũ.Et deſinit
gtũs plis in iũ.ꝺ ſentes.ꝛ ẽ magis in vſu i
Sentina.ne.pe.pꝺ.ẽ locꝰ i(pli ꝗꝫ i ſinglari
naui ad quẽ vndiqꝫ ꝯfluũt aque.ꝛ dicitꝛ a
ſentio.tis.qꝛ grauis fetor ibi ſentitꝛ.
